

BERNARDINI TELESII CONSENTINI
de natura iuxta propria principia

LIBER PRIMVS.



BERNARDINVS Consentinus
hæc cogitabat; Entia lögè inter se diuer
sissima, lögèq; apparent dissimillima.
at quæ in se se mutuò agētia, et mutuò
à se ipsis patientia, mutuò in se ipsa in
uertatur omnia, talia autem quæ sunt,
contraria dicuntur, contraria itaq; in
ter se apparent entia. at neq; penitus

contraria tamen, neq; enim à contrario contrarium suscipiatur, serue
turq; sed ab altero usque quaq; interimitur, corrumpiturq; alterum, id
itaq; superesse uidetur, è subiecto nimirum eodem, & materia eadē
constituta ut sint entia, at à contrarijs agētibus principijs, naturisq;
quæ propterea perpetuò pugnant, et decertant inter se, seseq; mutuò
deturbant, depelluntq; quòd esse, conseruari igitur, & sese amplifi
care appetunt; esse autem absq; subiecto non possunt, at neq; simul
esse, longissimè ipsorum dissidente natura, cui itaq; non idem pro
prium conueniat, proximumq; subiectum, sed longe illud appetat di
uersissimum, & longè diuersissimò disponat, afficiatq; modo, quæ
itaq; de subiecto non contendunt, quæ scilicet uel idem non appetūt,
uel in eodem simul esse possunt, nullam pugnandi, & sese interimen
di habentia occasionem, nihil inter se pugnant, decertantq; nihil, &
neq; inimica omnino sunt, ueluti neq; homines nō idem appetentes;
de subiecto itaq; agētium Naturarum pugna, et decertatio, alteraq;

